


publicae vlciscantur iniuriam nouerint officiorum  
 tempa qd maius sit. quod cui aptum tempore est  
 a vt id solum sequatur quod honestum est. **Sane**  
 ubi duo honesta. id quod honestius est. prepo-  
 nendum putet. hinc iure benedicti. **Si** quis ergo  
 manifeste iusticias dei in censum ponat. **Benedic**  
 dñe virtutem ipsius. opera manuum eius suscipe  
 vt gram appetite benedictionis inueniat **Amen**

**Explicit liber primus. De officiis beati Ambro-  
 sij. Incipit secundus eiusdem. Capi. primum**



**S**uperiore libro. de officiis tractauimus  
 que conuenire honestati arbitraremur  
 in qua vitam beatam positam esse nulli du-  
 bitauerunt. quam scripturam appellat vitam  
 eternam. **Tantus** enim splendor honestatis est.  
 vt beatam vitam efficiat tranquillitas conscien-  
 tie et securitas innocentie. **Et** ideo sicut exortus  
 sol lune globum. et cetera stellarum abscondit lu-  
 mina. ita fulgor honestatis. ubi vero et incorru-  
 pto vibrat decore. cetera que putantur bona secu-  
 dum voluptatem corporis. aut secundum seculum dara  
 et illustra obumbrat. **Beata** plane que non a-  
 lienis estimatur iudicij. sed domesticis capi-  
 tur sensibus tanquam sui. **Iudex.** Neque enim popu-  
 lares opinioniones pro mercede aliqua requirit

neq; pro supplicō pauet. Itaq; quo minūs se q̄  
tur gloriā eo magis super eam imminet. Nam  
qui gloriā requirunt hīs ea merces presen  
tium vmbra futurozū est. que impediāt vitam  
eternam. Quod in euangelio scriptū est. Amē  
dico vobis perceperunt mercedem suam. De  
hīs scilicet. qui velut tuba canenti vulgare li  
beralitatē suam quam faciunt cū paupes  
gescunt. Similiter et de ieiunio. quod ostenta  
tionis causa faciunt. Hānt inquit mercedem su  
am. Honestatis igitur. est vel misericordiam fa  
cere vel ieiunium deferre in abscondito. vt mer  
cedem videatis a solo deo tuo querere. non eti  
am ab hominibus. Nam qui ab hominibus que  
rit habet mercedem suam. Qui autem a deo ha  
bet vitam eternam quam prestare non potest  
nisi auctor eternitatis. Sicut illud est Amen di  
co tibi. hodie mecum eris in paradiso. vñ ex p̄s  
sus scriptura vitam eternā appellauit que sit  
beata. vt non hominum opinionibus estiman  
dum relinqueretur. sed dīmo iudicō cōmētetur.

### Capitulum secundum.

**I**Taq; philosophi vitam beatam. Alij  
in non dolendo. posuerunt vt Iheronī  
m⁹. Alij in rez sciētā vt heyll⁹. Qui au  
diēs ab Aristotile. a theofrasto mirabiliter lau  
datā eē rez sciētā. solam eam quasi summam

bonū posuit. cum illi eam quasi bonū. non quasi  
 solū bonum laudauerunt. Alij voluptatem di  
 ceūt vt Epicur⁹. Alij vt Calliph⁹. a post eum  
 didotus ita interpretati sunt. vt alter ad volu  
 ptatem. alter ad vacuitatem doloris. consorci  
 um honestatis adiungerēt q̄ sine ea nō possit  
 esse beata vita. zenon stoycus solū a sumum  
 bonum qđ honestū est. Aristotiles autē & theo  
 frastus a ceteri peripatetici in virtute quidem  
 hoc est honestate vitā beatam esse. s; cōpleri ei  
 us beatitudinē etiā corporis. atq; externis bo  
 nis asseruerunt.

**Capitulū tertium**

**S**criptura autē diuina vitam beatā in co  
 gnitōe posuit diuinitatis a fructu bone  
 opacōnis. deniq; vtriusq; assercōis euā  
 gelicū suppetit testimoniū. Nam a de sciētia ita  
 dicit dñs ihesus. **Hec est autē vita eterna vt co  
 gnoscant te solū verum deum. a quē misisti ihe  
 sum xpm.** Et de opibus ita respondit. **Omīs q̄  
 reliquerit domū vel frēs aut sorores aut patrē  
 aut matrem aut vxorē aut filios. aut agros p  
 pter nomē meū centuplū accipiet a vitam et  
 nam possidebit. Sed ne estimetur hoc recens ef  
 se. a pius tractatū a ph ilosophis q̄ in euāge  
 lio pdicatum anteriores enī euāgelio philoso  
 phi. Aristotiles a theofrastus vel zenon atq;  
 hieronim⁹ sed posteriores pphetis. Accipiant**

q̄ longe. ante q̄ philosophoꝝ nomen audireē  
per os sancti dauid vtrūq; apte videatur exp̄s  
fū. Scriptū est ei **Beat⁹** homo quē tu erudieris  
dñe. a de lege tua docueris eū. **Ualem⁹** a alibi.  
**Beatus** vir q̄ t̄met dñm. i mandatis ei⁹ cupiet  
nimis. docuim⁹ de cognicoe cui⁹ p̄mū etermita  
tis fructū eē memorauit. **Adiciēs** p̄pheta qz in  
domo hui⁹ amētis dñm **Ueruditi** in lege. a cupi  
ētis i mādati⁹ dñi⁹ gloria a diuicie. et iusticia  
eius manet in seculū seculi. **De opibus** quoq; i  
eodem psalmo subiunxit vite eterne sup̄etere  
premium viro iusto. **Demq;** ait. **Beatus** vir q̄  
miseretur a cōmodat. disponet sermones suos  
in iudicio. quia in seculum non cōmouebitur.  
in memoria eterna erit iustus. **Et infra.** **Disper**  
**fit** dedit paupibus. iusticia eius manet in eter  
num. **Uabet** ergo vitam eternam fides qz fun  
damentum est bonū. **habent** a bona facta. qz vir  
iustus a dictis a reb⁹ probatur. **Nam** a si exer  
citus sit in sermonib⁹. a desidiosus in opibus  
prudētiā suā factis ēpellit. **Et graui⁹** ē sciē qd  
facias nec fecisse qd faciendū cōgneris. **Con**  
**strenuū** eē i opib⁹. affcū in fidū. ita ē ac si viā  
so fundamēto. pulchra culminū velis eleuāē fa  
stigia. quo plus struxeris plus corruit. qz sine  
mumimēto fidei opera non possunt manē. **Infi**  
**da** stacio importu nauem perforat a arenosum

solum cito cedit nec potest impositae edificacionis  
sustinere onera. Ibi ergo plenitudo premij ubi  
virtutu pfectio a quedam in factis atq; dictis eq  
litas sobrietatis.

**Capitulum 6.**

**S**ed quoniam sola rerum scientia explosa est et  
quasi inanis secundum philosophie dispu  
taciones superfluas. vel quasi semper pfecta  
sententia. Consideremus quod eodem de eo scriptu  
ra divina absoluat sententiam. De quo tam mlti  
simplices. et implicatas at confusas videmus que  
stiones esse philosophie. Nichil enim bonum scri  
ptura nisi quod honestum asserit. virtuteq; in om  
nium statu beatam iudicat. que neque augetur bo  
nis corporis vel exterius. neque minuitur aduer  
sus. Nichil tam beatum. nisi quod a peccato alienum  
sit. plenum innocentie repletum gratie dei. Scriptum  
est enim. Beatus vir qui non abiit in consilio im  
pioꝝ. et in via peccatoꝝ non stetit. et in cathedra  
pestilencie non sedit. sed in lege domini fuit voluntas  
eius. Et alibi. Beati immaculati in via. qui abu  
lant in lege domini. Innocentia igitur et scientia. beatum  
faciunt. bone quoque operacionis mercedem esse bea  
titudinem vite eterne. superius aduertimus.

**Q**uod stat igitur ut spreto **Capitulum 7.**  
patrocinio voluptatis aut doloris metu  
quorum alterum quasi infractum et molliculum  
alterum quasi cuiratum et infirmum despicit. in ipsis

dolorib⁹ vitam beatam eminere demōstrē. **Q**d  
facile doceri potest. cū legerimus beati estis cū  
vobis maledicent a psequētur. et dicent omne  
malum aduersus vos ppter iusticiam. gaudete  
a exultate qm̄ merces vstra copiosa est in cel.  
**S**ic enim psecuti sunt a pphetas qui erant ante  
vos. **E**t alibi. **Q**ui vult veniē post me tollat cru  
cem suam a sequatur me. **E**st ergo. beatitudo in  
doloribus quos plena suauitatis virtus compri  
mit a cohercet ipa sibi domesticis opibus habū  
dans. vel ad consciētiam vel ad gratiam. **N**eqz  
enim paz beatus moyses. cū egiptiorum valla  
tus populis. a mari clausus p flud⁹ sibi a popu  
lo patrum pedestrem viā p̄his meritis inuenis  
set. **Q**n̄ autem fortior q̄ tunc cū extremis circū  
uentus piculis nō despabat salutem sed exige  
bat triūphum. **Q**uid aaron quādo beacōrem se  
credidit q̄ tūc. qm̄ medius stetit inter viuos ac  
mortuos. a obiectu sui statuit mortem. ne ad vi  
uoz trāfret agmina a cadauz rib⁹ mortuorum  
**Q**uid de puero daniel loquor. qui tam sapiens  
erat vt inter leones fame exasperatos nulla be  
stialis semicē frangeretur formidie. **I**ta alie⁹  
a metu vt possz epulai nec verētur. ne ad passū  
exēplo sui feras puocāēt. **E**st ḡ a i doloē vi⁹ q̄  
sibi bone suauitatē exhibeat osciē a ido iudicō c̄  
q̄ nō minuat dolor v̄tutis voluptatē. **C**ar. 9.

**S**icut ergo nulla virtuti decessio bea tita  
 dimis p dolorem. ita etiā nulla accessio p  
 voluptatem corporis aut cōmodū grā  
 de quibus pulchre ap̄ls ait. **Q**ue michi lucra  
 fuerunt. hec duxi ppter xp̄m detrimenta esse. **E**t  
 addidit ppter quē omia dāpna duxi. et estimo  
 vt stercora vt xp̄m lucrificāam. **D**eniq; moy  
 ses dampnū suū credidit thesauros esse egi  
 p̄corū et obprobriū dñice crucis pretulit. nec  
 tunc dīues cū habūdaret pecunia. nec postea  
 pauper cū egeret alimēto. nisi forte tunc alicui  
 minūis beatus vidētur fuisse. cū in deserto quo  
 tidiana alimonia sibi et populo suo deforet. **S**ed  
 qd̄ sūmi boni ac beatitudinis nemo negaē audeat  
 māna ei hoc ē panis āgeloz ministrabat e celo.  
 carnis q̄ quotidiana pluuia totiq; pleb̄ epulis  
 edūdabat. **V**el ye q̄ scō panis ad victū deerat  
 si quereret s̄ nō videbat deesse. qz nō quereba  
 tur. **I**taq; diurno coruoz obsequio mane pa  
 nis caro ad vesperā deferebat. **N**ūquid ideo mi  
 nus beat⁹ quia erat paup sibi. **M**imime. **I**mmo  
 magis eo bt̄us qz erat deo dīues. **A**lijs ei eē q̄  
 sibi diuitem prestat vt iste eāt qui tpe famis cū  
 bum a vidua petebat. largitur ei vt ydria fa  
 rine p trienniū et sex menses non deficeret. et  
 ad quōdianos vsus olei vas vidue inopi suf  
 ficeret ac ministrar. **M**erito ibi volebat petrus

esse ubi iustos videbat. Merito in monte cum cri-  
sto in gloria apparuerunt. quia et ipse pauper factus  
est cum diues esset. Nullum ergo animi uulnere prae-  
diuicie ad uitam eternam. Quod euidenter dominus demo-  
strauit in euangelio dicens. Beati pauperes quoniam  
uestrum est regnum dei. beati qui nunc esuriunt et  
sitiunt quia saturabuntur. beati qui nunc fletis quoniam  
ridebitis. Itaque paupertatem famem. dolorem que  
putantur mala non solum impedimento non esse  
ad uitam beatam. sed etiam adiuuamento euidentissime  
pronunciatum est.

**Capitulum. 1.**

**S**ed a illa que uidentur bona. diuicias. sa-  
cietate. leticiam exptem doloris detrimen-  
to esse ad fructum beatitudinis. diuicio de-  
claratum iudicio liquet cum dicitur. Ne uobis di-  
uitibus. qui habetis consolationem uestram. Ne uo-  
bis qui saturati estis quia esuriatis. Et illis qui  
rident quoniam lugebunt. Sic ergo non solum animi uul-  
nere non sunt ad beatam uitam corporis. aut externa  
bona. sed etiam dispendio sunt. Inde enim beatus Nabu-  
the etiam cum lapidaretur a diuite quia pauper et im-  
firmus aduersum opes regias solo erat affectu  
et religione diues ut pecunia regali non muta-  
ret patre uinee hereditate. eoque profectus qui san-  
guine proprio defenderet iura maiorum suorum  
In quo miser achab suo iudicio quod pauperem uicari  
fecerat ut eius possideret uineam. Certum est



VI.

et summum bonum virtutē esse. eamque habūdāē  
solam ad vite fructū beate. nec ex teius aut cor  
poris bonis. sed virtute sola vitā prestari beatā  
p quam vita eterna acquirē. vita enim beata  
fructus pñtium. vita autē eterna spes futuroꝝ ē.  
Et sunt tamen quī in hoc corpe tam infirmo. tā  
fragili impossibilem vitam beatā consistere. et nō  
in altitudine sapiētie suauitate cōscientie virtu  
tis sublimitate. Non enim in passione esse. sed  
victorem passionis eē beatum. et nec frangi tem  
poralis metu doloris.

Capitulum octauū

**P**one accedere hec que grauiā ad vim do  
loris ferunt cecitatem. exilium. famē. stu  
prum filie. amissionem liberoꝝ. Quis ne  
get beatum esse ysaac. qui non videbat in sene  
dute a beatitudines suis bñdictōibus confe  
rebat. An non beatus Jacob. qui profugus pa  
tria domo mercenarius pastor. exilium sustinu  
it. filie pudiciāam ingemuit esse temeātam. fa  
mem pultit. Non ergo beati quoz fide deus ac  
cepit testimoniu cum dicitur deus abraham. de  
us ysaac. deus Jacob. Misera est seruitus. si nō  
miser Joseph. immo plane beatus. cū dñe libidi  
nes in seruitute positus coherceret. Quid de scō  
dauid loquar. qui trium filioꝝ deplorauit obi  
tum. et quod hñs durius inestum filie. Quō nō  
beatus de cuius successione beatitudinis auctor

exortus est. qui plurimos fecit beatos. Beati ei  
qui non viderunt et crediderunt fuerunt et ipsi in  
sensu infirmitatis. s. conualuerunt de infirmitate  
fortes. Quid laboriosius autem sancto Job. vel in do  
mus incendio vel filiorum decem interitu momen  
tario. vel in doloribus corporis. Nunquid minus beatus  
quam si illa non pertulisset. in quibus magis probatus  
est. Esto tamen fuisse in illis aliquid acerbitatis  
que virtus animi non abscondit dolore. Neque ei  
profundum mare negauerim. quia vadosa litora  
sunt. neque celum lucidum. quia interdum obtexitur  
nubibus. neque terram fecundam. quia aliquibus locis  
ieiunia est glauca. aut lectas segetes. quia inter mi  
rtam solet habere sterilem auenam. Similiter pu  
ta beate messes conscientie interpellari aliquo a  
certo doloris. nonne totius manipuli beate vite si  
quid forte aduersi accidit atque amaritudinis tam  
quam sterilis auena abscondit. aut ita quam lolii amari  
tudo frumentum suauitate obducit. Sed iam ad proposita  
pergamus.

#### Capitulum nonum

**S**uperiore libro ita diuisionem fecimus. ut pri  
mo loco esset honestum et decorum. a quo of  
ficia ducuntur. secundo loco quid utile. Et que  
admodum in primo diximus. quia inter honestum et  
decorum est quedam distinctio. que magis intel  
ligi quam explicari possit. sic et cum utile tractamus  
considerandum videtur quod vtilius. Utilitas autem non

pecuniarij lucri exim atione subducimur. sed  
acquistōne pietatis sicut apł's ait. pietas autē  
ad omnia vtilis est promissionē habens vite pre  
sentis & future. Itaq; in scripturis diuinis si di  
ligenter q̄ram⁹ sepe inuenim⁹. qđ honestū est.  
vtilē vocari. Omnia michi licent sed non omnia  
sunt vtilia. Supra de vicij's loquebatur. Hoc  
ergo dicit. Licet peccare. s; non decet. In ptate  
sunt peccata. sed non sunt honesta. Luxuriari  
promptū est. sed non iustum. Nō enim deo esca  
sed vntri colligitur. Ergo quia qđ vtilē id etiā  
iustum. Iustum est vt seruiamus xp̄o. qui nos  
redemit. Ideo iusti qui pro eius noie se morti ob  
tulērunt. Inusti q̄ declinauerūt de quib⁹ dicit  
Que vtilitas i sanguine meo id est quā iusticie  
mee profectus. Vñ & illi Alligemus iustū. quā  
inutilis est nobis. id est iniustus qui nos argu  
it. cōdempnat. corripit. licet hoc possit etiā ad  
aūariciam impioꝝ hominū deriuari. que pfidie  
vicina est. Sicut in Iuda proditore legim⁹ qui  
aūaricie studio. & pecunie cupiditate laqueum  
prodicōnis incurrit atq; incidit. De hac igitur  
tractādū est vtilitate. que sit plena honestatis  
sicut ipis verbis diffiniuit apōstol⁹ dicēs. Hoc  
autē ad vtilitatem vestram dico. non vt laqueū  
vobis iniciam. sed ad id quod honestum est Li  
quet igitur qđ honestū est. vtilē & iustum esse.

et quod utile honestum et iustum. et quod iustum utile et honestum.

**Capitulum. io.**

**Q**uod enim michi ad mercatores lucri cupidine auaros. sed ad filios sermo est. Et sermo de officijs. quod nobis quos elegi in ministerium domini inculcatur gestio atque infunditur. ut ea que mentibus ac moribus nostris. usu atque institutione inculcata atque impressa sunt etiam sermone ac disciplina aspiantur. Itaque de utilitate dictus utar illo vericulo prophetico. **D**edina cor meum in testimonia tua. et non in auaricia. ne utilitatis sonus excitet pecunie cupiditatem. **D**emumque aliqui habent. **D**edina cor meum in testimonia tua. et non ad utilitatem. hoc est illam questuum nundinas aucupantem utilitatem illam usu hominum ad pecunie studia inflexam ac deriuatam. **V**ulgo enim hoc solum dicunt utile. quod questuosum. **N**os autem de ea tractamus utilitate. que damnis queritur ut certum lucremur. cuius quod est pietas est cum sufficientia. magnus profecto questus quo pietatem acquirimus. que apud deum diues est. non caduas facultatibus sed muneribus eternis in quibus non temptatio lubrica. sed constantia et perpetua sit gratia. Est igitur utilitas alia corporalis alia pietatis sic diuisit apostolus. **C**orporalis ei excitatio ad modicum inquit utilis est. pietas autem ad omnia utilis est. **Q**uid autem tam honestum quam integritas. quod tam decorum quam immaculatum seruare corpus

et inuolatum atque infamatum pudorem. Quid etiam tam decorum quam ut vidua uxore defuncto coniugi fidem seruet. Quid etiam hoc est utilius quod regnum celeste acquiritur. Sunt enim qui se castra uerunt propter regnum celorum. **Capitulum II.**

**S**ed igitur non solum familiaritate contubernium honestatis et utilitatis. sed eadem quoque utilitas. que honestas. Et ideo ille qui regnum celorum uolebat omnibus apire. non quod sibi utile querebat sed quod omnibus. Unde ordo quidem et gradus nobis faciendus est. etiam ab his uisitatibus et comibus. ad ea que sunt precellentia. ut ex pluribus utilitatis colligamus profectum. Ac primum notamus nichil tam utile quam diligibiliter tam inutile quam non amari. nam odio haberi exitialis ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus ut omni sedulitate commendemus estimatorem opinionemque nostram. ac primum placiditatem mentis et animi benignitatem influamus in affectum hominum. Popularis enim et grata est omnibus bonitas. nichilque quod tam facile humanis illabatur sensibus. Ea si mansuetudine morum ac facilitate animi moderatione precepti et affabilitate sermonis. uerborum onere patientiam quoque sermonum uice. modestieque inuenitur gratia incredibile quantum procedit ad accumulatum dilectionis. **Capitulum duodecimum.**

**I**egimus enim non solum in priuatis. s; etiam in ipsis regibus quantum facilitas blande affabilitatis profecerit. aut superbia verborumque obfuerit tumor. ut regna ipsa labefactaret et potestatem solueret. Jam si quis consilio. vfu ministerio officijs popularem comendat gratiam. aut si quis periculum suum pro vniuersa plebe offerat. non est dubium. quod tantum caritatis a plebe in eum refundatur ut populus salutem eius et gratiam sibi preferat. Quatas moyses a populo illatas absoluebat contumelias et cum dominus in insolentes vindicare veller. se tamen pro populo offerebat frequenter. ut indignationi diuine plebem subduceret. Quam miti sermone post iniurias appellabat populum. consolabatur in laboribus. delectabat oraculis. fouebat operibus. et cum deo constantem loqueretur. Homines tamen humili et grata appellatione affari solebat. merito existimatus est supra homines ut et vultui eius non possent intendere. et sepulturam eius non regem tam crederent. Quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat. ut plus eum pro mansuetudine diligerent. quam pro factis ammirarentur.

**Capitulum tredecimum.**

**Q**uid eius imitator sanctus dauid electus  
 est omnibus ad plebem regendam. quod mitis  
 et blandus. humilis spiritu sedulus corde  
 facilis affectu. ante regnum se pro omnibus offerre  
 bat. rex cum omnibus equabat suam miliciam. et par  
 tiebatur laborem. fortis in prelio. mansuetus in  
 imperio. paciens in contumacia. ferre magis prom  
 ptus quam referre iniurias. Ideo tam carus erat  
 omnibus ut iuuenis ad regnum etiam inuitus  
 peteretur. existens coereretur senex ne prelio in  
 teresset a suis rogaretur. quod mallet omnes pro ip  
 so perire quam illum pro omnibus. Ita sibi gratis  
 officium plebem obligauerat. primum ut in discor  
 dijs populi. epulare in ebrietas mallet quam regnare  
 in iherusalem. Deinde ut etiam in hoste positam vir  
 tutem diligeret iusticiam etiam hijs qui arma con  
 tra se tulerant eoque ac suis prestanda putaret.  
 Denique fortissimum aduersus partis propugnato  
 rem abire ducem et inferentem prelia miratus est.  
 et orantem pacis gratiam non aspernatus honora  
 uit conuiuio. interemptum infidels doliuit et fleuit  
 persecutus exequias honestauit. mortem ultus.  
 conscientie fidem prestauit. Quam filio inter here  
 ditaria iura transferibit. magis sollicitus ne in  
 nocentis mortem multam relinqueret. quam quo  
 suam mortem doleret. Non mediocre istud pre  
 ferunt in rege sic obire humilitatis munia. ut

cōem se exhiberet etiam infimis. **A**lieno p̄culo  
tūm nō querē potum recusare. peccatū fatēri  
se q̄ ipsum pro populo offerre mortū. vt in se di  
uina indignatō conuertēret cum ferient angē  
lo offerens se diceret. Ecce sum ego qui peccauī  
**E**t ego pastor malum feci. et iste grex quid fecit  
fiat manus tua in me. **N**ā quid alia dicam q̄ do  
lum meditantib⁹ non apiebat os suum. et tāq̄  
non audiens nullū sermonem referendum pu  
tabat. **N**on respondebat cōuicēns. cū sibi derogā  
retur orabat. cū maledicēretur bñdicebat. **A**m  
bulans in simplicitate. superboꝝ fugitans. secta  
tor immaculatorum. qui cinerē miscebat alimē  
tis suis cū peccata pp̄ria deploraret. et potum su  
um tempabat fletibus. **M**erito sic expentus est  
ab vniuerso populo. vt venirent ad eū om̄s tri  
bus israhel dicentes. Ecce nos ossa tua et caro  
tua fumus. **H**erī et nudius terci⁹ cum esset saul  
et regnaret super nos tu eras quū procedebas  
et inducebas israhel. **E**t dixit tibi dominus tu  
pascēs populum meum. **E**t quid plura de eo  
dicam. de quo huiusmodi dei processit sentētia  
vt de eo diceret **I**nuem dauid scdm̄ cor meum  
**Q**uis enī in sanctitate cordis et iusticia. sicut iste  
ambulauit vt impleret volūtātē dei. pp̄l quē et  
delinquentibus posteris ei⁹ remia data. et preto  
gatiua est seruata heredibus. **Q**uis igitur non



dili geret eū quem videbat ita eorum amicis. v̄t  
 quia ipse sincere amicos diligebat. eque diligi  
 se a suis amicis arbitraretur. Demiq; parētes e  
 um filijs suis. filij preferebant parentib⁹. vnde  
 grauter indignatus saul. p̄cutere Jonathan  
 filium hasta voluit. quia pluris apud eū valē  
 dauid amicitia indicabat. quā vel pietatē vel  
 auctoritatem paternā.

**Capitulū. 12.**

**S** Tenim ad incentiuū caritatis cōis plu  
 rimū proficit. si quis vicē amantib⁹ red  
 dat. nec minus amare se proter q̄ ipse  
 amatur. Idq; amicitie fidelis faciāt exemplis  
 Quid enim tā populare. q̄ grā. quid tam insitū  
 nature. q̄ vt diligentē diligas. Quid tā molitū  
 atq; impressum affectib⁹ humanis. q̄ vt eum  
 amare inducas in animū. a quo reamari velis  
 Merito sapiens dicit. Perde pecuniā p̄pter fra  
 trem ⁊ amicū. Et alibi. Amicū salutaē non eru  
 lesca. ⁊ a facie illius nō me abscondā. Siqui  
 dem vite ⁊ immortalitatis medicamētum iam  
 co esse ecclesiasticus sermo testetur ⁊ summū i  
 caritate presidium nemo dubitauerit cū apo  
 stolus dicat. omnia suffert. oia credit. omnia spe  
 rat. omnia sustinet. Caritas nūq̄ cadit. Ideo  
 dauid non cecidit. quia car⁹ fuit omnib⁹. ⁊ dili  
 gi a subiectis q̄ timeri maluit. Timor ei t̄p̄alis  
 in animis seruat exubias. nescit diuinitatis

tustodiam. Itaq; ubi timor decesserit audacia  
obrepit. quomā fidem non timor cogit. sed af  
fectus exhibet. Prima ergo ad cōmendacōnem  
nostri est caritas. Bonum est ergo testimoni  
um habē de plurimoz dilectōne. Hinc nascit  
fides ut cōmittē se tuo affectui non vereantur  
etiā alieni. quē plurib; eorum aduertent. Si  
militer etiā p fidem ad caritatem pueniē vt  
qui vni aut duob; pstitit fidem. tanq; influ  
at in animos vniuersoz. a oim acquirat gra  
tiam. Duo igitur hec ad cōmendaōnem no  
stri plurimū opantur caritas a fides. a tertiū  
hoc si habeas. qd in te amiracōne dignū plerū  
q; existimēt a iure honorādū putēt. **Ca. 11.**

**S** quia consilioꝝ vsus maxime cōsiliat  
homines. ideo prudentia a iusticia i vno  
quoq; desideratur a ea expectant a plu  
ribus. vt in quo ea sint. illi deferat fides. q; pos  
sit vtile consilium ac fidele desideranti dare.  
Quis enim ei se cōmittat. quē non putet plus  
sapere q̄ ipē sapiat. qui querit consilium. Nees  
se est igit vt pstantior sit. a quo cōsiliū petiē  
q̄ ille est qui petit. Quid enim consulas homi  
nem. quem non arbitreris posse melius aliqd  
reperire. q̄ ipse intelligis. Qd si eū inueneris  
qui viuacitate ingenij mentis vigore atq; au  
toritate prestat et accedat eo vt exemplo.

ā vfu parator fit. p n̄tia ſoluat. pericula pſpicit  
 at futura denūciat imminētia. argumēta expe  
 diat. remediū ſe rat in tempe paratus fit. nō  
 ſolū ad cōſulendum. ſed etiā ad ſubueniendum  
 huic ita fides habetur. vt dicat qui cōſilium pe  
 tit. a ſi mala michi euenerint p illum fuſt meo  
 Quiuſmōi igitur viro ſalutē noſtram a exiſtiā  
 cōnem nrām cōmittim⁹. qui fit vt ſuprad icim⁹  
 iuſt⁹ a prudens facit enī iuſticia. vt nullus ſit  
 fraudis metus. facit etiā prudentia vt nulla ee  
 rois ſuſpicō ſit. Promptius tñ nos iuſto viro  
 q̄ prudenti cōmittim⁹. vt ſcđm vſum vulgi lo  
 quat. Demq; ſapientium diffinitione. in quo  
 vna virtus eſt. cōcurrūt cetera. nec poteſt ſine  
 iuſticia eſſe prudentia. Qd etiā in nrīs inuenim⁹

**I**te enim dauid **Capitulum. 16.**  
 Iuſt⁹ miſeretur a fenerat. Quād feneret  
 iuſt⁹. Alibi dicit. Iocund⁹ homo q̄ miſe  
 retur a comodat diſponet ſermones ſuos in iu  
 dico. Ipfum illud nobile ſalomonis iudiciū  
 Nōne ſapientie plenū ac iuſticie eſt. Itaq; ſpe  
 ctē illud ſi ita eſt. Due inquit muleres in cō  
 ſpectu regis ſalomonis ſteterūt a dixit vna ad  
 eum. Audi me dñe. Ego a mulier hec in vno ha  
 bitātes cubiculo. ante diem terciū partu edito  
 ſingulos filios ſuſcepim⁹. a eram⁹ vna arbiſ  
 null⁹ domi. nec vlla alia nobiſcum femina niſi

nos sole. ⁊ mortu⁹ est fili⁹ ei⁹ hac nocte vt ob  
dormiuit sup eum. ⁊ surrexit media nocte. ⁊ ac  
cepit filium meum de sinu meo. ⁊ surrexi ma  
ne vt lactarē puulū. ⁊ inueni mortuū. ⁊ cōsidera  
ui eū diluculo. ⁊ nō erat fili⁹ me⁹. **E**t rēspōdit al  
tera nō h̄ fili⁹ me⁹ ē hic q̄ uiuit fili⁹ aut̄ tuus  
mortu⁹ est. Et hæc erat cōtencō. **C**ū itaq; sibi fi  
liū vendicaret supstitem. **D**efunctū aut̄ suum  
negarēt. **T**ūc rex iussit afferri macherā ⁊ in  
fantem diuidi. ac singulas partes dari singu  
lis. dimidiā vni ⁊ dimidiā alteri. **E**xclamat mu  
lier que vero erat affectu p̄mota. **R**equaq; do  
mine infantem diuidas. detur potius illi et vi  
uat. et ne interficias eum. **A**t illa rēspōdit al  
tera. neq; me⁹ neq; hui⁹ sic infans diuidite e  
um. **E**t statuit rex dari infantem ei mulieri que  
dixerat. nolite interficē eū. **D**ate eum illi muli  
eri quia mota sunt inquit viscera eius in filio  
suo. **I**taq; non immerito extimatus est intelle  
ctus dei in eo esse. **Q**uā que occulta sunt. deo in  
spirante cognouit. **Q**uid aut̄ occultū interno  
rum viscerum testimonio. **I**n que sapientis in  
tellectus velud quidam pietatis descendit ar  
biter ⁊ velut quādam genitalis alii vocem e  
ruit. quam maternus patuit affectus. qui elī  
gē filiū suum vel apud alienā viarē. q̄ in cōspe  
ctu matris necari. **S**apientie igit̄ fuit latentes

distinguere consciencias. et occultis erueret vel  
 tatem. et velut quadam machera. ita spiritus gla  
 dio penetrare. non solum vteri sed etiam aie et me  
 tis viscera. **I**usticie quoque ut que suum necave  
 rat. alienum non tolleret. sed vera mater recipere  
 ret suum. **D**emumque etiam scriptura hoc pronunciat.  
**A**udiuit inquit omnis israel. hoc iudicium quod  
 iudicavit rex salomon. et timuerunt a facie regis  
 eo quod intellectus dei esset in eo ut faceret iustici  
 am. **D**emumque et ipse salomon ita poposcit sapien  
 tiam ut daret sibi cor prudens audire et iudicand  
 um iusticia.

**Capitulum. i. A.**

**I**quet igitur etiam secundum scripturam divina  
 que antiquior est. sapientiam sine iusticia  
 esse non posse. quia ubi una eorum virtu  
 tum. ibi utraque est. **D**aniel quoque quod sapienter  
 alta interrogacione fraudulente accusacionis de  
 phendit medacium. ut calumpniatorum sibi re  
 sponsio non conveniret. **P**rudentie igitur fuit. vo  
 cis sue testimonio reos prodere. **I**usticie quoque  
 nocentes supplicio dare. innocentem subducere. **E**st  
 igitur individuum sapientie atque iusticie contuber  
 num sed vulgi usu dividitur una quedam forma  
 virtutum. ut temperantia sit in despiciendis volu  
 ptatibus fortitudo spectet in laboribus et piculis  
 prudentia in delectu bonorum sciens comoda et ad  
 versa distinguere. iusticia que sit bona custos

inris alieni. a vindex proprietatis. suū cuiq; cōfer  
uans. Sic igitur nobis cōis opiniois grācia q̄  
dupartita hec facta diuisio. l̄ ab illa subtili di  
sputacone philosophie. sapientieq; limande  
veritatis causa quasi ex adito quodā erutum  
retrahentes pedem. forensē vsū ac popularē  
sensum sequamur

**Capitulum. is.**

**H**Ac igitē diuisioē seruata vt reuertamur  
ad ppositum prudētissimo cuiq; causam  
nrām cōmittim⁹ a ab eo cōsiliū prom  
pti⁹ q̄ a ceteris poscām⁹. Prestat tñ fidele iusti  
cōsiliū viri a sapiētissimi ingemo frequēte  
preponderat. vtilia enī vulnera amici q̄ alioꝝ  
oscula. Deinde quia iusti iudiciū est. sapien  
tis autem argumentum. In illo censura discre  
tōnis. in hoc calliditas inuentiois. Quod si  
vtrumq; connectas eit magna confisioꝝ sa  
lubritas. que ab vniuersis spectatur āmiracōe  
sapientie a amore iusticie. vt omnes querant  
audire sapiētiā ei⁹ viri in quo vtriusq; vir  
tutibus copula fit. Sicut querebant om̄s ēges  
terre videre faciē salomōis. a audiē sapiētā  
ei⁹. Ita vt saba rēgina veriet ad eū a tēptaret  
eum in questionib⁹ a venit. a omia locuta est  
que habebat in corde suo a audiuit omnē sa  
pientiam salomōis. nec vllum verbum prete  
riuit eam. Que sit ista quam nichil pretereat.

nec fit aliquid quod ei non annūciauerit verus salomon. cōgnosce o homo ex hīs que audis loquentē. verus est inquit sermo quē audiui i terra mea de sermōib⁹ tuis. ⁊ de prudētia tua ⁊ nō credidi hīs qui dicebant michi. donec venia viderūt oculi mei. **E**t nūc non est nec dimidia quidē pars scdm ea q̄ ānunciabant michi apposisti bona. sup omnia quē audiui in terra mea. **B**eate mulieres tue. ⁊ beati viri tui. qui assistunt tibi. qui audiūt omnē prudentiam tuā. **I**ntellige diuinū veri salomonis. ⁊ que apponūtur in eo cōiūtiō. **I**ntellige sapiēter ⁊ cōsidera in qua terra congregatio nationū audierit famam. sapiētie vere atq; iusticie. et quib⁹ eū vident oculis cōtemplantib⁹ vtiq; que non vidētur. **Q**uomā que vidētur temporalia sunt. que autem non videntur eterna. **Q**ue sunt beate mulieres. ⁊ quib⁹ dicitur. quia multe verbum dei audiūt ⁊ parūunt. **E**t alibi. **Q**uicūq; enim fecerit verbum dei. ipse meus frater. soror ⁊ mater est qui etiā pueri tui beati qui assistunt nisi paul⁹ qui dicebat vsq; in hūc diem sto protestās minor ac maior. ⁊ himeon qui expectabat. redem pōnem israhel. **Q**uō enī dimiti posceret miy q̄ assistēs dño discēdi habē facultatē nō poterat nisi voluntatē dñi adeptus esset. **E**xempli causa ppositus salomon est. ⁊ a quo certatim vt

*[Marginal notes on the left side of the page, partially cut off and difficult to read.]*

ut ei⁹ audiret sapientia postulabat. Joseph quoq; nec in carcere feriat⁹ erat. quo min⁹ de reb⁹ incertis cōsuleretur. Cuius cōsiliū egypto vniuerso profuit vt non sentiēt seprē annoz sterilitatem. aliosq; populos misere famis leuaret ieiunio. Daniel ex captiuis regaliū cōsulcorum arbiter fact⁹ cōsilijs suis emendauit pñtia. anūciāuit futura. Et hys enim que feequēter interpretatus ostenderat vere se esse annūciatum. fides ei in omnib⁹ dēferebat. Sed etiam tertius loc⁹ de hys qui amiracōe digni extimarētur ioseph. salomonis a daniel exem-  
plo decursus videtur **Capitulum. iij.**

**I**am quid de moyse loquar cui⁹ omnis israel quotidie cōsilia p̄stolabant. quoz vita fidem sociabat prudētie. amiracōe; q; ei⁹ augebat. Quis se nō cōmittēt cōsilio moyse. cui seniores si qua supra suū intellectum a v̄tutem esse arbitrarētur dijudicāda seruabāt. Quis daniel cōsiliū refugeret. de quo dē⁹ ip̄e dixit. quis danielē sapientior. Aut quō homines de eorum dubitacōe mentib⁹ possent. quib⁹ de⁹ tantā referebat grāciam. Moyse cōsilio bella conficiebātur. moyse meritis de celo affluēbat alimonia. potus e p̄tra. Quam purus danielis animus vt mulceret barbaros mores. mīgaret leones. Que in illo temperantia



~~111~~

quāta animi a corpis continētia. Nec immeri-  
to mirabilis fact⁹ omnib⁹ qñ quod vehemēter  
āmirantur omnes regalibus fultus amīcīis  
aurū nō querebat. nec telatū sibi honorem pl⁹  
faciebat q̄ fidem. Quinetiā pidi tari malebat  
pro lege dñi. q̄ pro gracia hominis inflecti. Nā  
de sancti Joseph quē penē p̄terierā castimonia  
a iusticia quid dicam. quaz altera illecebēs he-  
riles respuit. refutauiť premia. altera mortē cō-  
tempfit. metū ēppulit. carcerē preoptauiť. Quis  
hūc p̄iuate cause ad consulendū ydoneum nō  
iudicaret. cuius feras anim⁹. a mens fertilis tē-  
poris sterilitatē. quodam ofiliorū. a cordis vbe-  
re fecundauiť.

**Capitulum. 20.**

**A**duertim⁹ igitur q̄ in acquirēdis ofilijs  
plurimū adiūgat vite probitas virtutū  
prerogatiua. beniuolentiē vsus. frugali-  
tatis gratia. Quis enim in ceno fontem requirat  
Quis e turbida aqua potū petat Itaq; vbi luxū-  
ria est vbi intemperantia. vbi vicōrum confusio  
quis inde sibi aliqd hauriēdū existimet. Quis  
non despiciat moy colluionem. Quis vtilē  
cause aliene iudicet quē videt inutilem sue vite  
Quis iterū improbū maliuolum. cōtumeliosum  
non fugiat a ad nocendū paratū. Quis non cū  
omni studio dedinet. quis vero q̄ quis instruātū  
ad cōsilij opem difficilem tamē accessu ambiat

In quo sit illud tãq̃ si quis aque fontē p̃cedit  
dat. Quid enī prodest habē sapiētiā. si cōsili  
um neges si cōsulendi inter dūdas copiā. Clau  
fisti fontem vt nec alijs influat nec tibi profit  
**P**ulchre autē a de illo cōuenit. qui habens pru  
dētiā conmaculat eam vicā ⁊ sordibus. eo q̃  
aque exitum cōtaminet de generis aios vita  
arguit. Quō enī potes eum iudicā cōsilio fu  
piorem quem videas inferiorē morib⁹. Supra  
me debet esse. cui cōmittere paro. An vero eū  
ydoneum putabo. qui michi det cōsiliū qd̃  
non dat sibi. ⁊ michi eū vacare credā. qui sibi  
non vacet cui⁹ aī voluptates occupēt. libido  
deuinciat. auaricia subiuget. cupiditas pturb⁹  
quariat met⁹. Quō hic cōsiliū loc⁹ vbi nullus  
quiescit. Ammirand⁹ michi ⁊ suscipiendus cōsi  
liari⁹ quē p̃cipius dñs patrib⁹. offensus abstu  
lit. Quis imitator deb⁹ esse. qui p̃t cōsiliū da  
re. ⁊ alienā a vicis custodiē. prudentiā quo ni  
chil inquinatū in illā incurat. Quis igitur tā  
q̃ vultu sp̃m p̃ferat pulchritudinis. ⁊ belui  
nis posteriorib⁹ ac ferinis vnguib⁹ forme supe  
rioris de hōest⁹ grāz. cū tā amīabilē ⁊ p̃dara fōz  
ṽtutū sit. ⁊ sp̃al pulchritudo sapiē. sic seies scri  
pturē idicat. ē etei speciosior sole. ⁊ sup oē. stel  
laz dispositōez luci opata iueiatur p̃or luce. Etei  
hāc suscipit nox sapiāz. aut nō iueiat. **Ca. 21.**

**O**rgem⁹ de eius pulchritudine a scripturē  
 testimonio cōprobauim⁹. superest vt doce  
 am⁹ scripture auctoritate. nullum eius  
 contulerimū cū vicijis esse. sed indiuiduā. cū ce  
 teris virtutibus cōiunctōnem. Cui⁹ spiritus est  
 discretus sine inquinamēto cert⁹ sanct⁹. amās  
 bonum. acutus. qui nichil vetet bñfacere. beni  
 gnus stabilis. certus. secur⁹. omnem habēs vir  
 tutem. omnia prospiciens. Et infra sobrietatē do  
 cēt iusticiam a virtutē. Omnia igitur opatur pru  
 dentia. cū omnib⁹ bonis habet cōsortium. Nam  
 quomodo potest vtile consiliū dare nisi habeat  
 iusticiam vt induat cōstantiam mortem nō re  
 formidet. nullo terrore. nullo metu reuocet. nul  
 la adulacōne a vero deflectatur. Exilium nō re  
 fugiat. que nouerit sapiētī patriam mūdū eē  
 Egēstatem non timeat. que nichil deesse sapiē  
 ti sciat. cui totus mūd⁹ diuiciarū est. Quid eni  
 pretelsus eo viro. qui auro moueri nesciat. cō  
 temptū habeat pecuniarū a velut ex arce quadā  
 despiciat hominū cupiditates. Qd qui fecerit.  
 hunc homines supra hoiez esse arbitrant. q̄s  
 est inquit a laudabim⁹ eum. fecit enim mirabi  
 lia in vita sua. Quō enim nō ammirand⁹. qui di  
 uicias spernit. quas pleriq; salutī pprie pretule  
 rūt. Decet igitur omēs censura fragilitatis. con  
 tinētie auctoritas. a maxime eum qui honore

prest; ne p̄minentem viz thesauri possideant  
fui. a pecunijs seruiat. q̄ preest libeis. **I**llud ma  
gis deet vt supra thesaur; sit aio. et infra ami  
cum obsequio. **H**umilitas enī auget grā; hec  
plena laudis a digna p̄maro viro. nō cōm  
tū nēns negotiatorib⁹. a galathis mercator;  
bus habē. turpis lucri cupidinē. nec omne bo  
nū locatē in pecunia. a tāq̄ merca natio munē  
quodūdianos numeratē quest⁹ calculari cōpen  
dia. **Q**d si ab hīs sobriū aim gerere laudabi  
le est. quātō illud p̄stantius si dilectōnem mē  
titudinis libalitate acquiras. neq; supflua cu  
ra circa importunos neq; restricta circa indigē  
tes. plurima autē grā liberalitatis sunt. non so  
lum quodūdiano sumptu egētibus quo vitam  
sustinē suā possint disponē ac dispensatē alimo  
niā verūetiam hīs qui publice egē. vercūdā  
tur cōsulē ac subueniē quātū cōis egenorum  
alimonia non exhauriatur. **D**e eo enim loquor  
qui preest alicui muneri. vt si officium sacerdo  
tis gerat ac dispensatoris. vt de hīs suggerat  
ep̄o nec reprimat. **S**i quē positum in necessita  
te aliqua cognouerit aut delectum opibus ad  
inopie necessitatē redactum maxime si non ef  
fusione adolectōtie. s; direpōe alicui⁹ a amissi  
one p̄monij i eā recidit iniuriā vt sūptū exce  
sse diuēnū non queat. **Capitū. 22.**

**S**emma etiã liberalitas captos redimẽ  
eripere ex hostiũ manib⁹. subtrahere ne  
a homiẽs. ⁊ maxime feminas turpitudi  
ni redimẽ. parẽtib⁹ liberos. parentes liberis.  
cũes patric restitue. Nota sũt hec nimis illirici  
vastitate ⁊ tẽcie. quãtũ ubiq; venales erant to  
to captiũ orbe. quos si reuo ces. vnus prouicie  
numez explere possent. fuerũt tamẽ qui etiã  
quos ecclie redemerunt. in seruitute reuo caẽ vel  
lẽt. ipsa grauiores captiuitate quã inuident Ita  
lie. Nã misericordiam ipis si in captiuitatẽ venis  
sent seruirent liberi. si venditĩ fuissent seruitutis  
ministerium non recusarent. ⁊ nolũt alienam lib  
tatem rescãdere. qui suã seruitutem nõ possent  
rescindere. nisi forte precũm recipe emptori pla  
ceret in quo tũ non rescãditur seruitus sed re  
dimie. **P**recipua est igitur liberalitas redimere  
captiuos ⁊ maxime ab hoste barbaico q̄ nichil  
humanitatis deferat ad misericordiam. nisi q̄  
auaricia reseruauerit ad eẽemptõnẽ. Es alienũ  
subire si debitor soluendo nõ sit. atq; ardetur ad  
solucõem que sit iure debita. ⁊ inopia destitute  
nutrire parulos. pupillos tueri. **S**ũt etiã qui  
virgines orbata parẽtib⁹ tuende pudiciã  
gratia connubio locent. non solũ studio s; etiã  
sumptũ adiuuẽt. Est etiã illud gen⁹ liberalita  
tis qd̄ apostolus docet. vt si quis fidelis habet

*[Faint handwritten text in the left margin, partially obscured by the binding edge.]*

viduas subministrat illi ut earum alimonis  
non grauetur ecclesia ut hijs que vere vidue sunt  
sufficiat. Vtil igitur homini liberalitas. sed non  
cōis omnibus. Sūt enim pleriq; etiam viri bo-  
ni qui tennes sūt censu cōtenti quidem eriguo-  
ad sui vsu. s; non ydonei ad subsidium leuā-  
de paupertatis aliene. Tamen si ppetit. aliud be-  
neficiētie gen<sup>9</sup> quo tuuāē possent inferiorem

**S**t enim duplex libe **Capitulum 23.**  
ralitas. vna que subsidio rei adiuvat id  
ē vsu pecunie. Altera que opoz collatōe  
impeditur multo frequēter splendidior mul-  
toq; clarior. Quāto illustri<sup>9</sup> abraham captum  
armis victriābus receperit nepotem. q̄ si re-  
demisset. quāto vāius regem pharaonem san-  
ct<sup>9</sup> Joseph o filio providentiē inuit q̄ si oculis;  
pecuniam. Pecunia enī vni<sup>9</sup> ciuitatis non ē di-  
mit vbertatē pspiciētia tota<sup>9</sup> egypti p quiquē-  
nium famem repulit. facile aut pecunia osumi-  
tur. o filia exhauriti nesciūt. Nec vsu augētur  
pecunia minuit a cito deficit. at; ipa; destituit be-  
nigritatē. ut quo pluib; largiti volueis eo pau-  
cōres adiuues. a sepe tibi desit qd alij oserēdū  
putaueis. o filij aut opozq; collatō q̄ i plues dif-  
fundit eo redūdantior manz. a in suū fontē re-  
currit. In se enim refluit vbertas prudētie. a quo  
plurib; fluxerit. eo exercit<sup>9</sup> fit oē qd remanz

Liquet igitur debere esse liberalitatis modū ne  
 fiat inutilis largitas. Sobrietate tenēda est ma  
 rime a sacerdotib⁹ vt non pro iactātia. sed pro  
 iusticia dispensent. Nusq̄ enim maior auūditas  
 peccōnis. veniūt validi. veniunt nullā causam  
 nisi vocandi habētes ⁊ volunt subsidia euacua  
 re pauperū. eximamē sumptum. nec exiguo con  
 tēti maiora querūt. habitu vestium captantes  
 peccōnis suffragiū ⁊ nataliū simulacōne lucrā  
 tes incremēta questuū. hīs si quis facile fidē  
 deferat cito exhaurit pauperū alimonij futura  
 cōpendia. Modus largiendi assit. vt nec illi in  
 anes recedāt neq; transcribatur vita pauperū  
 in spolia fraudulētorū. Ea ergo mēsurā sit vt ne  
 q; humaitas deseratur. nec destituat necessitas  
 Pleriq; simulāt debita. fit veri examē. Erutos  
 se p latrocinia deplorāt. aut iniūria fidem faciāt  
 aut cognicō psonę. quo ppenius inuēt. Ab ec  
 clesia eligatis sumptus impiciēdos si desit ei alē  
 di copia. Itaq; qui modū seruat avarus nulli  
 sed larg⁹ omnib⁹ est. Non eni solas aures pte  
 re debem⁹ audiendis precātium vocib⁹. sed eti  
 am oculos cōsiderandis necessitatib⁹. plus da  
 mat bono opatori debilitas q̄ vox pauperis. Ne  
 q; vero fieri potest vt non extorqueat amplius  
 importunitas vociferantium. s; non semp impu  
 dentie locus sit. vidend⁹ est ille qui te nō vid⁹

.11.

Equirend⁹ est ille qui erubescit videri. Ille eti-  
am clausus in carcé occurrat tibi. ille affectus  
egritudine mentem tuā psonet. qui aures nō  
potest. Quo pl⁹ te opari viderit popul⁹ magis  
diliget. Scio plerosq; sacerdotes. quo pl⁹ con-  
tulerunt pl⁹ habūdasse. quoniam quicūq; bo-  
nū oparium videt. ipsi confert qđ ille suo offi-  
cō dispenset. secur⁹ qđ ad pauperem sua pueni-  
at misericordia. Nemo ei vult n̄ paupi p̄ficere  
collacōnē suā. Nā si quē ā inmoderatū aut ni-  
mis tenacē dispēsatorē viderit. vtq; despiciet  
Si autē supfluis erogacōib⁹ dissipet alieni fru-  
ct⁹ labous ā recōdat saccul. Sicut igit̄ mod⁹  
liberalitatis tenēd⁹ ē. ita eē calcar plexq; adhi-  
bēdū videt. Mod⁹ ideo vt qđ bñfacis id quoti-  
die facē possis ne s̄b̄t̄has necessitati. qđ indul-  
seris effusioni. Calcar p̄terea. qđ mel⁹ opat̄  
pecunia in paupis cibo. qđ i diuitis sacco. Ca-  
ue ne intra oculos tuos induas salutem imo-  
pum a tāq̄ in tumultis sepelias vitā pauperū  
